GENETHLIACON

illustrissimi Eäduerdi

PRINCIPIS CAMBRIAE,

Ducis Corniæ, et Comitis Palatini: libellus ante aliquot annos inchoatus, nunc uerò absolutus, & editus:

Ioanne Lelando

Antiquario

autore.

LIBELLVS CANDIDO LECTORI.

Tardius in lucem charissime prodeo lector.
Caussa fuit domini languida musa mei.
Da facilis ueniam iusta ratione petenti,
Et tibi decedet conditione nihil.
Exeo nunc multo limatior, atque Britannis
Primus ego antiquum reddere curo decus.

Londini.
ANNO M.D.XLIII.

Festa coronatæ sunt hæc insignia plumæ
Principis Eduerdi, diuino numine cuius
Splendor, honos, tituli, nomen, laudesq; manebunt,
Dum niuei liquido gaudebunt flumine cygni,
Lactea dumq; hortis nascentur lilia cultis.

E. P.

PLVMA EADVERD. PR. ALLOQVITVR.

Adsum candidior Princeps niue, lacte, ligustro,
Imperijq; tui læta subibo iugum.
Paciferam dextra quoties gestabis oliuam
Pileolo stabo conspicienda tuo.
Impleat optato zephyrus mea carbasa uento
Sole sub ardenti tædia nulla feres.
Inclyta si laurus te fortè ad bella uocabit
In galeæ cono stabo superba tuæ.
Vnica nobilium puerorum gloria Princeps
Viuas: perpetuum tu mihi numen eris.

Longe inuictissimo Hẽ

RICO EIVS APPELLATIONIS OCTAVO, REGI ANGLIAE,

Franciæ,& Hiberniæ,Fidei defensori ac Anglicanæ Hibernicæq; ecclesiæ proximè a Christo supremo capiti,

IOANNES LELANDVS ANTIQVARIVS

hæc dedicat.

SCRIPSIMVS Eduerdina talem principis ortum,
Pignore quo sentit se terq;,quaterq; beatam
Insula clara opibus,rebusque Britannia gestis.
Est liber exiguus, tamen illustrissima tractat,
Inq; tuas Henrice manus Rex maxime regum
Sollicitis ambit uotis,precibusq; uenire.
Annue diue tuo uati.Sic fractus adoret
Te bello Scottus dominum,regemq; salutet.

PROPOSITIO CVM INVOCAT.

Principis Eduerdi natalem carmine lucem,
Eximiæq; notæ pompas,quibus Anglia tota
Enituit fausti uotiuo sideris ortu,
Nostra quidẽ mirè gestit celebrare Camœna.
Quos superos ĩuota uocem? Mihi Christus Apollo.

Festa coronatæ sunt hæc insignia plumæ
Principis Eduerdi, diuino numine cuius
Splendor, bonos, tituli, nomen, laudesq; manebunt,
Dum niuei liquido gaudebunt flumine cygni,
Lactea dumq; hortis nascentur lilia cultis.

E.

P.

PLVMA EADVERD. PR. ALLOQVITVR.

Adsum candidior Princeps niue, lacte, ligustro,
Imperijq; tui læta subibo iugum.
Paciferam dextra quoties gestabis oliuam
Pileolo stabo conspicienda tuo.
Impleat optato zephyrus mea carbasa uento
Sole sub ardenti tædia nulla feres.
Inclyta si laurus te fortè ad bella uocabit
In galeæ cono stabo superba tuæ.
Vnica nobilium puerorum gloria Princeps
Viuas: perpetuum tu mihi numen eris.

Longe inuictissimo Hẽ

RICO EIVS APPELLATIONIS OCTAVO, REGI ANGLIAE,

Franciæ,& Hiberniæ,Fidei defensori ac Anglicanæ Hibernicæq; ecclesiæ proximè a Christo supremo capiti,

IOANNES LELANDVS ANTIQVARIVS

hæc dedicat.

SCRIPSIMVS Eduerdi natalem principis ortum,
Pignore quo sentit se terq;,quaterq; beatam
Insula clara opibus,rebusque Britannia gestis.
Est liber exiguus, tamen illustrissima tractat,
Inq; tuas Henrice manus Rex maxime regum
Sollicitis ambit uotis,precibusq; uenire.
Annue diue tuo uati.Sic fractus adoret
Te bello Scottus dominum,regemq; salutet.

PROPOSITIO CVM INVOCAT.

Principis Eduerdi natalem carmine lucem,
Eximiæq; notæ pompas,quibus Anglia tota
Enituit fausti uotiuo sideris ortu,
Nostra quidẽ mirè gestit celebrare Camœna.
Quos superos ĩuota uocem? Mihi Christus Apollo.

Fons Helicon ſacer eſt diuini ſpiritus oris.
Parnaßus nitidi radiantia lumina cœli.
Quanuis eloquij ad phaleras accedat amœnus
Nympharum chorus, & picta figmenta poëſis.
His ego perfretus fidenti pectore uaſtum
Ingrediar pelagus dicendi, & proſpera nactus
Tempora, committam zephyris mea uela ſecundis.

DESIDERIVM BRITANNIAE.

Mœſta palatinas facies obduxerat ædes
Tempore prô nimium longo: nec paruus in aula
Luſerat Æneas, ſtabili qui ſceptra parentis
Alta manu gereret, ſolioq; ſederet auito.
Hanc Deus, ætherea miſeratus ab arce Britannos,
Omnem triſtitiam abſterſit, lætoq; Hymenæo
Spem bonus egregij certam promiſit Iüli.

GENVS IOANNAE REGINAE.

Vergit in occaſum fœcunda Seueria tellus.
Illic Semarius uir bello ſtrenuus amplam
Incoluit uillam, quæ nomine dicta Lupinum.
Huic erat inſigni de coniuge nata Ioanna
Filia uirginei gemma intemerata pudoris,
Quam ſibi perpetuo dilectam fœdere iunxit
Inclytus Henricus magnorum gloria Regum,
Et grauidum optato compleuit pignore uentrem.

PARTVS IOANNAE REG.

Luna coronatum decies compleuerat orbem,

Illuxitq;

Illuxitq; dies Eduerdi præuia ſacris,
Quo regnante iugum Danorum reppulit Anglus,
Cùm regina graueis uteri perpeſſa dolores
Clamaret ſer opem miſeræ mihi Chriſte precanti.
Obſecro me ſerua parituræ parce benigne.
Prodiit in lucem formoſus puſio mœſta
Exhilaraturus multorum corda uirorum.

TRENOVANTVM.

Miſſus ad excelſam Trenouantum nuntius urbem
Fidus euangelium patefecit, & omnia circum
Compita lætitiæ pfudit nectare dulci.
Fit noua continuò rerum facieſq;, colorq;,
Inſolituſq; hominum ferit aurea ſidera plauſus.

CASTRVM BELLINI.

Arx, antiqua, potens Tameſinæ margine ripæ
Eſt ſita, Bellini decus immortale tyranni.
Aërea terribiles baſiliſci hinc monſtra tonabant
Innumeris uicibus: colluxit fulmine cœlum:
Fumus & in nubes abiens caligine rurſus
Aëra conturbat, tetrumq; exhalat odorem.
Vndique tecta tremunt tonitru, uitreæq; feneſtræ
Inſignem tota cladem patiuntur in urbe.
Sic pauor immiſtus lætas bene temperat aures.

RVTVPINVM LITTVS.

Nec mora legati Rutupino littore naueis
Conſcendunt niueum referentes principis ortum

Pars Morinos, Batauosq; truceis, Belgasq; potentes.
Pars & sepositos longè petit altera Iberos.

DORIS.

Montis in aëriis prærupto uertice castrum
Aruiragi stat opus non expugnabile bello,
Præcipitare uirum quem de temone Britanno
Non unquam potuit Romana potentia fortem.
Doris amara uetus dedit arci nomen, & urbi.
Hæc ubi sensisset tanti noua gaudia partus
Explicuit celsis uexilla nitentia muris,
Purpureasq; cruces in sindone lenis agebat
Candidula zephyrus, fortis quoque signa Georgi
Fulmina conuomuit hinc, inde frequentia totis
Turribus, intonuitq; minis animosa secundis.
Adsonuit pontus: nautæ ce cinere celeuma.

ICCIVS PORTVS.

Iccius audito quamprimum murmure portus
Caussam lætitiæ facile intellexit honestam.
Omnis cancellus reparatæ fulminat urbis,
Fusilibus cauto tactis serpentibus igne.
Littora dehinc tonitru percussa dedêre boatum,
Et tegulæ quassis trabibus cecidêre reuulsæ.
Hostes in bellum Morini uenisse putantes
Arma parant: ueri sed postquam cognita caussa,
Principis exortum tensis ad sidera palmis
Gaudentes celebrant, & dulcia carmina fundunt:

Inter

Inter quos reliquis cecinit cordatior iſta.
Tertius, ut numerant, Eduerdus Martius heros
Hanc bello cepit, Dijs fortunantibus, urbem.
Auguror, & magnum precor ut ſit in omine pondus,
Sextus ut hic Princeps Eduerdi nomine fauſto
Imperet, & murum ſe noſtro præbeat boſti.

AVONDVNVM.

Eſt locus inſolito rerum ſplendore ſuperbus,
Alluiturq; uaga Tameſini fluminis unda
Nomine ab antiquo iam tempore dictus Auona.
Hic Rex Henricus taleis Octauius ædes
Erexit, qualeis toto ſol aureus orbe
Non uidet: ulla tamen nec erit laus amplior illis
Principis exortum quam quod uidêre ſereni.
Semper Auona ſuo fœlix applaudat alumno:
Sidereas longo ſic ſeruet tempore turres
Integra, & inſigneis attollat ad æthera criſtas.

REGIODVNVM.

Regia clara foro celebri, & famoſa coronis
Tergeminis Regum latè caput extulit olim.
Tempore quo, quid Auona fuit niſi ruſtica uilla
Imperium dominæ uicinæ læta ſubire?
Nunc uice mutata petit aſtra, poloq; minatur,
Et iuſtas dominæ præſcribit libera leges.
Hoc tibi deceſſit nil Regia nomine quicquam:
Accreuit potius multum: Dicêris amica

Principis Eduerdi, fructumq; beata patrono
Accipies tali, maturum ubi fecerit ætas.

BAPTISMVS.

Iamq; dies aderat niueo signanda lapillo,
Qua sacer antistes puerum de more leuaret
Fonte salutifero, faceretq; precantia uerba.
Conuenêre duces regni, sanctusq; senatus.
Principi ab Eduerdo sunt indita nomina sancto.
Susceptum manibus synceri pignus amoris
Attollit casti Maria illibata pudoris
Gloria, quæ tacita nitet ut uaga Cynthia nocte.
Fungitur antistes Durouernensis eodem
Munere: & officium bene complet tertius almum
Dux Icenorum, bello metuendus Achilles:
Nota Caledonios cuius uictoria Scottos
Contudit, ac coget domino seruire Britanno.
Insonat Eduerdi repetito nomine templum,
Et chorus argutus tremulo ferit æthera cantu.

PIETAS D. IOANNAE.

Tum Regina pijs uiuo de fonte renatum
Vlnis amplexa est puerum: dehinc talia fatur.
Incipe chare puer risu dignoscere matrem
Aspice me lætis oculis dulcissime nate
Cresce puer: mundi te spectant maxima quæque.
Macte puer uirtute: decus te credo futurum
Regni præcipuum, spes est & certa, Britanni.

Fac

Fac semper studeas Christo seruire supremo.
Hinc tibi regnandi stabilis sumatur origo.
Cætera fortunæ committo quieta secundæ.
Finierat: paruo libauit & oscula nato,
Et crucis impressit signum uenerabile fronti,
Dulcia committens nutricis pignora curæ.

SEDVLA NVTRIX.

Egregiè præstat puero sua munera nutrix.
Nutrix clara domo, sine felle, uenusta, benigna:
Exerit & niueo turgentem lacte papillam.
Ille auidis sugit uitalia munera labris.
Altrix interea facilis cantillat amœnum.
Suge puer: requiesce puer: dulcissime dormi.
Seruiet ista tibi semper mellite mamilla.
Vtraque, ne sæui, dabitur tibi candide mamma.
Sunt mihi bella tuæ concessa crepundia dextræ.
Dormis dulce puer? gratissimus incipis esse.

MORS IOANNAE REGINAE.

Spes erat ampla quidem numerosa prole Ioanna
Henricum ut faceret regem fœcunda parentem.
Sed superis aliter uisum est. Cruciatus acerbus
Distor sit uacuum letali tormine uentrem.
Frigora crediderim temerè contracta fuisse
In causa: superat uis morbi: Iamq; salute
Desperata omni, nymphis hæc rettulit almis.
Non mihi mors curæ est: peritur ã, agnosco, creauit

 Omnipotẽs:

Omnipotens: moriar. Terram tibi debeo terra.
At pius Elysijs animus spatiabitur hortis.
Deprecor hoc unum maturos filius annos
Exigat, & tandem regno det iura paterno.
Dixit, & æterna claudebat lumina nube.
Nulla dies pressit grauiori clade Britannum.

OFFICIVM NYMPHARVM.

Non tamen officijs cessat pia turba Dearum
Eduerdum innumeris ornare, suasq; uocare
Delitias. Primæ fontis uenêre sorores
Castalij festis redimitæ tempora sertis.
Symbola candoris Charites uenêre. Deinde
Oceanitides, & pulcherrima turma secuta est
Naiadum. Dryades tum processêre uirenti
Fronde comas passas cinctæ, facilesq; Napææ
Temporibus uernum florem, dextrisq; ferentes.
Clauserunt reliquas & Oreades agmine longo.
Extensos humeris arcus, pharetrasq; gerentes.
Omnes quæ niueo multam dixere salutem
Principi Eäduerdo, moduloq; dedêre canoros.
Sed resonæ primas partes sumpsêre Camœnæ.

CASTALIDES.

Principis clarum celebremus ortum,
Cuius aduentu numerosa gentis
Gaudet, ac laudat superos fauentes
Turba Britannæ.

Hæc dies

Hæc dies conchis niueis notanda,
Hæc dies læta decoranda fronde,
Diſſpulit quæ tot miſeris tenebras
Sole reducto.
Principi binas dabimus corollas
Cognitæ nobis hederæ ſequaces,
Laurus & noſtro Clario dicata
Nota coronis.
Litteras Princeps amet, & triumphos.
Candidus doctis faueat poëtis.
Victor extracto gladio ſuperbum
Comprimat hoſtem.
Inclytum factis Edoerdus almus
Exprimat patrem, pietate matrem,
Et ſenis uiuat generoſus ille
Neſtoris annos.

CHARITES.

Tres ſumus numero corona felix
Nudo corpore, ſimplices, benignæ,
Paſſis uertice candido capillis,
Innexæ manibus manus decenteis,
Et doctæ choreas leueis rotare.
Huc peruenimus elegantis ortum
Eduerdi nitida notare gemma,
Nato dicere Principi ſalutem
Læto carmine plurimam paratæ.

Salue lux patriæ tuæ serena
Princeps candidior niue, & liguſtris,
In cuius facie ſedet uenuſtas.
Fortunatus eris, tuumque nomen
Excelſi penetrabit aſtra cœli.

OCEANITIDES.

Clauditur Oceano ſpatioſa Britannia uaſto,
Nos cuius natæ bella caterua ſumus.
Ille abſens ſenior, thalamis exultat in udis,
Et nos præſentes gaudia uera tenent.
Attulimus conchas Princeps pulcherrime rerum
Munera mox digitis apta futura tuis.
Hac nos lucidula traiecimus inclyte claſſe.
Adflauit zephyrus, qui palinurus erat
Plurimus, ignarus ne ſis, latet unio conchis.
Pondere quiſque ſuo, quiſque nitore ualet.
Ex illis niueo collo murenula fiet
Bella tuo, capiti ſiue corona tuo.
Diue puer famæ ſtudeas Edoërde perenni.
Marte foris clarus, ſis quoque pace domi.
Si forte intulerit bellum tibi nauticus hoſtis.
Naumachia noſtro munere uictor eris.
Viue puer longum: felicibus utere uentis.
In placida portus ſtat tua puppis aqua.

NAIADES.

Incolimus tacito labentia flumina curſu.

Sed cum

Sed cum nos Tameſis nympharum gloria prima
Admonuiſſet rite tui natalis, ab altis
Continuo ripis gremio defluximus uno
Huc alacres omnes, redimitæ tempora fronde
Populea, & cannas ſolito de more ferentes
Dextris. Quæ pia nunc perfundimus accipe uota
Princeps. Te merito uirtus commendet alumnum
Alma ſuum mundo. Melior fortuna regendi
Det tibi ſucceſſus, longæ quoque gaudia uitæ.

DRYADES.

Fama per immenſas Regnorum concita ſyluas,
Atrebatum, & Catyeuchlanorum
Nuntia lætitiæ noſtras peruenit ad aures.
Et docuit noua lumina cœlo
Principis exortu modo deſcendiſſe nitenti,
Nubila quæ procul omnia pellant.
Nos igitur querna decoratæ tempora fronde
Attulimus fragrantia mella
Dulcia corticibus tibi nunc munuſcula plenis.
Aurea iam ſunt reddita nobis
Secula: iam trepidis ſyluis timor exulat ater.
Iam caſulas habitare uirenteis,
Et iuuat ilicibus manſuras ponere ſedes.
Nos igitur tenet unica cura
Vt tibi longæui phœnicis ſecla precemur,
Et tibi maxima quæque precemur.

GENETHL. EADVERDI NAPAEAE.

De niueis inter contentio nata Britannos
Purpureisq; rosis.
Dux niueæ partes Vrouicensis agebat
Mente, manuque ualens.
Purpurei floris Mediolanensis honorem
Prætulit usque sui.
Gesta per undanteis ciuili sanguine campos
Non potuere quidem
Læsas bella rosas firma coniungere pace,
Temperiemue dare.
At nos quæ colimus latè florentia regna,
Sollicitáque manu
Colligimus uernas gemmas utriusq; roseti
Possumus idque probè,
Omnem iuditio litem decernere uero.
Sed locus ista minus
Postulat. Ecce tibi calatho redolentia pleno
Munera grata damus.
Intacto candore rosas, minioque superbas:
Muneribusque tuis
Lilia iungemus cœlo demissa sereno
Officiosa cohors.
Imperijs adolesce tuis: adolesce triumphis
Inclyte, laurus adest.

Orêades.

PRINCIPIS CAMBR.

OREADES.

Qua ſpectat boream martia Cambria,
Nos alpes Venetas ſaxa minantia
Cœlo uerticibus non minus arduis,
Quam quis Italiæ clauditur exitus,
Felices colimus: noſtraque gloria
Aſpros fulminei roboris obuios
Venabli rigida cuſpide ſternere.
Laus nobis etiam reſtat & altera
Emiſſa uolucreis figere arundine
Ceruos, & canibus uincere capreas.
Hic nos ſoliuagas per loca deuia
Compellans Zephyrus neſcio quis celer
Syluis inſonuit nuntius omnibus.
Vos nymphæ colitis quæ iuga montium
Natalem faciles Principis inclyti
Eduerdi meritis tollite honoribus,
Et ueſtro domino fundite carmina.
Nos hæc præſtitimus pectore candido,
Et mox continuis ſueta laboribus
Ceruorum exuuijs corpora cinximus.
Arcus, ac pharetras tela nitentia,
Et noſtris humeris nota reſumpſimus:
Ingreſſæq; itĩner uenimus ad tui,
Orto ſole, patris celſa palatia:
Quæ cùm nunc auidis cernere, commodum, &

Colluſtrare oculis periuuet, accipe
Princeps accipe certiſſima uirginum
Quid promiſſa ferant, uotáque candida.
Supremus Venetas Iuppiter antea
Rupes tranſferet à ſedibus inſitis,
Et ſyluis fera non ulla uagabitur,
Natalis tuus hic cordibus excidat
Quàm noſtris: uel opem non tibi conferant
Geſtamus pharetris quæ modo ſpicula.
Fortunate puer creſce potentius.
Tithoni uideas proſpera ſecula.

CAMBRIA.

Senſerat officium montanas Cambria nymphas
Clara quidem feciſſe ſuum, factumq; probauit.
Nec mora ſidereo cœlo caput intulit altum,
Signaq; lætitiæ præ ſe manifeſta ferebat
Omnia, quæ tanti poſcebat principis ortus.
Vina, faces, epulæ, concentus, ſerta, choreæ
In triuijs ſtrepitu feruebant undique magno.
Quid, quòd & arguti fuderunt carmina bardi?
Inter quos ſenior numero delectus ab omni
Cognitione ualens rerum, modulisq;, lyráque,
Egregiè reſona cantabat talia uoce.
Imperio cedet uel tota Britannia prima
Quanta eſt diue tuo princeps Eduerde potenti.
Eſt tamen ampla tuæ præſcripto Cambria iure

Grata

Grata iuuentuti ſedes, quam ſanguine multo
Eduerdus, fuſis Venetis, cognomine Longus
Partam filiolo, nota cui nomen ab urbe
Aruonna, tenero commiſit pace regendam.
Tu nunc ſiue placet titulos retinere priorum:
Nobile ſiue iuuat deſumere nomen honoris,
Anglia quam tribuet, tribuet'ue Britannia tota,
Sis bonus, & felix Cambris: Te principe nanque
Multa ſibi augurio promittunt commoda certo.
Annis ôutinam paulo maturior eſſes.
Ipſe tuis præſens oculis tua caſtra uideres
Turribus alta ſuis & firmo robore tuta
Vrbes præterea multas, fora multa uideres,
Quæ te mirificè cupiunt Eduerde uidere,
Atque tuum tacito uenerari pectore numen.
Et ne forte premant ingrata ſilentia rerum
Tantarum moles: ne uel ditio tua poſthac
Quanta ſit ignorent, quem non meminiſſe iuuabit,
Expediam paucis antiqui nominis urbes,
Quas habet in campis latiſſima Cambria uaſtis.
Principiò ualidas turres Noua Venta Silurum
Erigit atque Vagæ fractam tenet ardua ripam.
Perplacet Iſca ſitu, qua non auguſtior iſtis
Vnquam partibus ulla fuit, neque notior ulla
Romanis, ut quæ nomen Legionis haberet.
Iulius, Amphibalus ciues hinc, martyr & Aron.

Dignum laude Nouũ caſtellum. Fulget amœno
Quæ Taua ſtructa loco eſt omni digniſſima laude.
Hic pius ille pater Germanus epiſcopus ædem
Gallus homo Chriſto ſtatuit, propriamq; dicauit.
Non ignota manet Ponti ſua fama Vaino:
Et ſuus eſt Nido titulus: ſuus Abretaoq;,
Nunc quod ab æquoreis dictum Suineſia porcis
Saxonica, ſed uoce noua: Nec funditus omnis
Concidit urbis honos, cui dat Catguilia nomen.
Prædicat hæc ætas Maridunum: cognita libris
Illa quidem ueterum, nec dum caput occulit umbris:
Rectius elucet piſcoſi margine Teui:
Cuius & in ripis Driſlani culmina ſurgunt
Caſtri, Dineuorumq; ubi ſedes principis olim
Regia Demetici, ſceptro radiante Britanno.
Deſpicit exeſas rupes uicina Sabrinæ
Tinbecha, & recipit fida ſtatione carinas.
Alluit undoſo portus Miluerdicus æſtu
Mœnia Septimij patriam Penbrocica regis,
Dugladiamq; forum quod Roſſia tota frequentat.
Terminat occiduas extrema Meneuia partes
Quondam metropolis, dum Cambria floruit alta,
Ciſſabrinorum. Boream Neueria uerſus
Littore conſpicua eſt. Nec longius oſtia diſtant
Tiuæi, quo gens Ceretica confluit omnis.
Inſuper apparet uetus urbs in faucibus ipſis

Fluminis

Fluminis Oſtuthi, cuius ſibi nomen adoptat.
Interius paulo ſunt magni fana Paterni.
Porrigitur uaſto fluuij trans oſtia Deui
Tractu terra potens haſtis Meruinia longis.
Eſt ubi caſtrum ingens Arlecha crepidine ſaxi.
Adiacet huic regio, quæ Monnam ſpectat, ab illa
Traiectu exiguo diuiſa, Armonnia uulgo
Dicta, quod & debet uicinæ nomen amicæ.
Hic prope littus habet faſtigia celſa Cragetum,
Atque habet illuſtreis titulos urbs clara Segonti
Fluminis, & ſi nunc Aruonna à plebe uocetur.
Nec procul à celebri traiectu ad littora Monnæ
Banchorus eximij Danielis nota cathedra.
Nominis inde ſui Conouius influit æſtus
Turrigeros muros, naueſq; inducit onuſtas.
Denique bella ſuas arces, atque oppida monſtrat
Angulia, inſignem pugnis, partiſque trophæis
Rudlanam, cæſa Trefontem uirgine clarum,
Et poſitum Silicis Deuano littore caſtrum.
Hactenus ingentem pelagi deſcripſimus oram,
Nunc quoque dicemus quas urbes Cambria tollit
Montibus in medijs. Geuenna ſuperbit, & inter
Rupes concurſu fluuiorum tuta duorum eſt.
Quanta Brecheniaci moles, ubi lucidus amnis
Perfluit Hondenus, rapidaq; immergitur Iſca.
Quid Lodouicorum referam Boguelthia ſedes

Tecta palatinas? Coryleti gloria maior,
Quà Vaga præcipiti uada ſcrupea gurgite torquet:
Maior & urbis honos, qua ſe Maiſeueta iactat:
Eſt honor at longè Ferulegæ maximus urbis:
Quamuis iuncta Vagæ Mona turres exerat altas,
Et caſtella ſui iuris tria fronde coronet.
Quantulacunque manet Treboccæ fama, liquentem
Incolit illa ſinum Themidis, Mellenius ortum
Dat cui mons fluuio numeroſo uertice ſurgens:
Et manet Andreæ laus rectè cognita Fani.
Luda tamen claris titulis præcellit utrique
Arce ualens firma, celſi quoque robore muri,
Illic Coruus ubi Themidis petit impiger undas
A quo uallis habet nomen Coruina celebre.
Valle nitet rigua caſtrum domus alta Coluni
Fluminis antiquo rapidi cognomine gaudens
Accola frondiferi nemoris quo confluit Oncus.
In pretio quondam magno Ledcuria ſtabat,
Quamuis nunc aliud nomen det epiſcopus illi.
Nec fuit inferior Balduini laurea, cuius
Reſtituit lapſam Gomericus nobilis urbem.
Oppida ſunt curuas prope ripas iſta Sabrinæ,
At magnis alijs non dum torrentibus auctæ,
Trelinum, debinc Trenouium. Sed longius inde
Lanificæ diſtat nutrix Oſualdia turbæ.
Fertilis oſtentat læto Mailoria uultu

Commoda

Commoda quanta ſuis quibus Vritleſia ſedes,
Conferat, & tuſo quæ ferro fabricet arma.
Diuitiasq; ſuas deprædicat ore Ruthenus
Magno, tum quod habet caſtrum memorabile laudat
Fortia commemorans Graiorum facta ſuorum.
Inſtat nominibus multis præclarior una
Denbiga, quam uallo, murisq; Laceius heros
Cinxit pinnatis, operiq; decentius arcem
Addidit, ac Roſſos docuit iuga ferre ſubactos.
Sed quid ego in rebus tam paruis demoror iſtis?
Quin iuuat excelſas urbes numerare Sabrinæ,
Quæ dominum de more ſuum certantibus ulnis
Exciperent, lauta & uenienti munera ferrent.
Edita Penguerni latè faſtigia ſplendent,
Imperio cuius ſubiecta Poiſia quondam
Terra altrix, & bellatorum mater equorum.
Vrbs ſita lunato hæc ueluti mediamnis in orbe
Colle tumet modico, duplici quoque ponte ſuperbit,
Accipiens patria ſibi lingua nomen ab alnis.
Eſt quoque Moruanæ Burgæ ueneranda uetuſtas,
Danica quam manus & cepit, muriſq; recinxit:
Sed reparauit opus mox Aethelfleda uirago,
Præſidiumq; ſuæ Robertus contulit urbi
Belleſmus, longo poſt temporis interuallo.
Delitium rerũ Bellus locus undique floret
Fronde coronatus Virianæ tempora ſyluæ.

Pontificum ſedes multos famoſa per annos
Sedula pertenui feruet Brangonia tela.
Ampla foro, & partis ſpolijs præclara Theoci
Curia, Sabrinæ quà ſe committit Auona
Fulget, nobilium, ſacriſq; recondit in antris
Multorum cineres, quondam inclyta corpora bello.
Occupat illuſtris depreſſam Claudia uallem.
Aſt alias inter tantùm caput exerit urbes
Quas Dobunorum gens incolit, atque frequentat,
Quantùm denſa ſolent inter uepreta cupreſſi.
Aſpicit illa ſuæ diuortia lata Sabrinæ,
Vtraque contingẽs oblongo brachia ponte.
Hæc ſenior: geminis reſonabat plauſibus æther,
Cambriaq; emiſit taleis de pectore uoces.
Chara Deo ſoboles, noſtræ ſpes altera Troiæ
Viue diu, uotiſq; lubens aſſueſce tuorum.

MONA.

Fracta Segontinæ gentis propè littora floret
Inſula Romanis Mona non incognita bellis,
Quondam terra ferax nemorum, nunc indiga ſyluæ.
Sed Venetis tantum cereali munere præſtans,
Mater ut à uulgo Cambrorum iure uocetur.
Huc quoque peruenit generoſi nuncius ortum
Principis inſinuans, pompamq; induxit ouantem.
Ergo alacris populus læto ſua gaudia uultu
Voce, manu, cithara, choreis teſtatur abunde.

Abreſraum

Abrefraum Veneti notiſſima regia quondam,
Atque uetuſtatis Roſseria laude tumeſcens,
Dehinc Trecaſtellum urbs Bellus tũc dicta mariſcus
Cum noua cõſtrueret præſignis mœnia uictor
Eduerdus Longus, celſamq; attolleret arcem,
Concinuêre pia deducta hæc carmina uoce.
Illa dies merito nobis recolenda ſereni
Principis Eduerdi quæ numen protulit almum.
Nunc intemperies, tempeſtateſq; recedunt
Turbato nuper cœlo: micat aureus axe
Phœbus, & obſcuram diſpellit lampade noctem,
Parte reuerſuram nulla, dum iuſta ſupremi
Incolumem terris ſeruabit cura Tonantis
Eduerdum noſtri generis ſine labe puellnm.
Finierat: dedit hinc applauſum Penmŏna magnum,
Hinc promontŏrij ſacri dedit ardua rupes
Ingenteis ſonitus: repetebant omnia nalles.

CORINIA.

Aſpicit occaſum montaua Corinia ſolis,
Lata quidem regio, Tamaræ qua fluminis unda
Defluit à borea, & uolucri contendit ad auſtrum
Curſu: continuo tractu ſed longior illa
Tendit in anguſtum felix prouintia conum,
Donec acuta Forum Iouis hinc attingat, & illinc
Cornigeri reſluos æſtus deguſtet Alauni.
Tum ucrò nitidum latè diffuſa per orbem

Creſcit

Pontificum ſedes multos famoſa per annos
Sedula pertenui feruet Brangonia tela.
Ampla foro, & partis ſpolijs præclara Theoci
Curia, Sabrinæ quà ſe committit Auona
Fulget, nobilium, ſacriſq; recondit in antris
Multorum cineres, quondam inclyta corpora bello.
Occupat illuſtris depreſſam Claudia uallem.
Aſt alias inter tantùm caput exerit urbes
Quas Dobunorum gens incolit, atque frequentat,
Quantùm denſa ſolent inter uepreta cupreſſi.
Aſpicit illa ſuæ diuortia lata Sabrinæ,
Vtraque contingẽs oblongo brachia ponte.
Hæc ſenior: geminis reſonabat plauſibus æther,
Cambriaq; emiſit taleis de pectore uoces.
Chara Deo ſoboles, noſtræ ſpes altera Troiæ
Viue diu, uotiſq; lubens aſſueſce tuorum.

MONA.

Fracta Segontinæ gentis propè littora floret
Inſula Romanis Mona non incognita bellis,
Quondam terra ferax nemorum, nunc indiga ſyluæ.
Sed Venetis tantum cereali munere præſtans,
Mater ut à uulgo Cambrorum iure uocetur.
Huc quoque peruenit generoſi nuncius ortum
Principis inſinuans, pompamq; induxit ouantem.
Ergo alacris populus læto ſua gaudia uultu
Voce, manu, cithara, choreis teſtatur abunde.

Abrefraum

Abrefraum Veneti notiſſima regia quondam,
Atque uetuſtatis Roſseria laude tumeſcens,
Dehinc Trecaſtellum urbs Bellus tũc dicta mariſcus
Cum noua cõſtrueret præſignis mœnia uictor
Eduerdus Longus, celſamq; attolleret arcem,
Concinuêre pia deducta hæc carmina uoce.
Illa dies merito nobis recolenda ſereni
Principis Eduerdi quæ numen protulit almum.
Nunc intemperies, tempeſtateſq; recedunt
Turbato nuper cœlo: micat aureus axe
Phœbus, & obſcuram diſſpellit lampade noctem,
Parte reuerſuram nulla, dum iuſta ſupremi
Incolumem terris ſeruabit cura Tonantis
Eduerdum noſtri generis ſine labe puellnm.
Finierat: dedit hinc applauſum Penmõna magnum,
Hinc promontõriſ ſacri dedit ardua rupes
Ingenteis ſonitus: repetebant omnia nalles.

CORINIA.

Aſſpicit occaſum montaua Corinia ſolis,
Lata quidem regio, Tamaræ qua fluminis unda
Deſſluit à borea, & uolucri contendit ad auſtrum
Curſu: continuo tractu ſed longior illa
Tendit in anguſtum felix prouintia conum,
Donec acuta Forum Iouis hinc attingat, & illinc
Cornigeri refluos æſtus deguſtet Alauni.
Tum uerò nitidum latè diffuſa per orbem

Creſcit

Crescit, sitq; nouæ subitò peninsula terræ,
Quæ promontorijs pelago imminet alta duobus.
Contulit huc se fama ualens pernicibus alis,
Lætitiæq; dedit clarissima signa profusæ
Principis exortum grato cum spargeret ore.
Prosiliêre suis fortissima turba fodinis
Indigenæ, audita fama, partimq; caminis
Igniuomis. Redijt securus ab æquore nauta,
Mercatorq; fori petijt loca celsa frequentis,
Ac sibi constituit pompas ex ordine quisque.
Cingitur ingenti plebis de more corona
Area gramineo pulchre uestita uirore.
In medio bini committunt nuda palestræ
Corpora, & exercent multo sudore lacertos.
Succedunt fessis alij. Pars robore perstat
Firmo inuicta. Premit terram pars altera tergo
Tollitur applausus: cœli petit atria clamor.
Victor ouat: mentem subit indignatio victi.
Præmia quisque capit palmæ decreta superbæ.
Deposcunt lucta victi contendere cursu.
Fraxinus erigitur supremo meta labori.
Vtraque pars dextris certat contingere metam
Credas posse fuga uolucreis præuertere ceruos.
Hic faciem victis fortuna ostendit amicam,
Librat & æquali palmas victoria lance.
Terrigenæ demum fecerunt talia charo

Pro duce uota ſuo. Viuas Edoërde precamur
Longæuus terris, ſuperes & facta parentum
Egregiè felix quantumuis clara tuorum.
In portu uario luſit natura Falenſi
Receſſu, tribuens ignotis claſſibus amplum
Hoſpitium, quoties rapido furit Æolus auſtro.
Hic ſua diſpoſitis nautæ certamina cymbis
Conſtituêre: dedit leges nauarchus auitas,
Et bibula metas haſtilia fixit arena.
Vtraque dehinc operi ſe pars accingit honeſto.
Aurea tum cecinit proretæ fiſtula magni
Claſſicum, & inſonuit portus ſinus omnis amœni.
Illi remigio contendunt fortius acto.
Perq; uices prior eſt nunc hæc, nunc illa phaſelus.
Vna quidem reliquas longè præcedere uiſa eſt,
Quæ ducis Eduerdi uictricia ſigna ferebat.
Fiſtula proretæ ſonitum dedit aurea rurſus.
Perſtrepuit remis abiegnis altius unda
Concita, reſpondent taliq; celeumate nautæ.
Floreat Eduerdus dux noſter prima Corinæ
Gloria qui gentis, qui lux, qui cura, decuſque.
Tum mercatorum numeroſa caterua per urbes
Senas, quas gremio fœcunda Corinia nutrit,
Inſolitum nitidis pompis decreuit honorem.
Duneuetum fano Stephani ſublimior una,
Deſpiciens reliquas ſaxoſo uertice rupis,

Accepit merita partes cum laudè supremas.
Succeßit Boßuenna frequens locus, Inde ſecuta eſt
Leſceretum, & ſtanno ſignando Loſuitiellum
Nota domus. Pariter comitem ſe præbuit illis
Trerua. Poſtremo reſonabat Alaunia plauſu
Vna fuit facies, oratio ciuibus una
Omnibus hæc ualdè grato referentibus ore.
Dux Edoerde ſalus, patriæ & ſpes maxima noſtræ
Viue diu, uitamq; tuam ſors optima rerum
Proſperet ac fortem cùm te maturior ætas
Reddiderit iuuenem noſtris aſueſce benigne
Votis. Tum miſere dominum cupiemus amantes
Cernere præſentem, uiuasq; audire loquentis
Voces. Illa dies felices unica reddet.
Accipe quæ dabimus dux illuſtriſsime dona.
Rupibus hic uaſtis nidos genus omne uolucrum
Ponit. Quot uarij piſces, lautiq; palato
Æquore uicino ludunt? Vis quanta recuruis
Pendet in arboribus pomorum? Armenta, gregesq;
Vix numerare licet. Sed nunc maiora loquemur.
Diffluit è noſtris ſtanni fornacibus ingens
Copia littoribusq; cauis eſt uena reperta
Æris. & argenti. ac gnaris ſi credimus, auri.
Lucida ſunt nobis pretioſa munera conchæ.
Inuentusq; adamas latè ſua ſidera ſpargit.
Si mage laurigeri capieris amore triumphi,

Quem

Quem tibi cæruleum uictis dabit hostibus æquor.
Nauibus ex nostris erit instructissima classis,
Efficiet quæ te uictorem inuicta potentem.
Hæc tua sunt planè dux præclarissime cuncta,
Et maiora quidem. Tantum meminisse rogamus,
Vt, cùm maturis fueris iam fortior annis,
Visere digneris seruorum tecta tuorum.
Præstitit auxilium rex Aethelstanus abunde
Eximium nobis. Tantundem præstitit ille
Splendidus Henrici frater Richardus, quantem
Quem sibi delegit Romana potentia regem.
Quod superest unum hoc speramus rite futurum
Vt patris excelsam uirtutem Edoerde sequaris.
Præbuit ille tibi raræ spectacula famæ.
Testis adest locuples Pendinas, testis & alter
Fanum Mauditi, loca munitissima, castris
Quæ modò constructis, aditu prohibere Falensi
Piratas sceleratum hominum genus, atque cruentum
Fulmineo possunt tonitru, saxoq; minante.
Ciuica conticuit his dictis turma uirorum.

DEVANIA.

Hispida qua tellus Meruinia respicit eurum
Est locus antiquo Penlinum nomine dictus
Hic lacus illimeis in ualle Tegeius alta
Latè expandit aquas, & uastum conficit orbem
Excipiens gremio latices, qui fonte perenni

Vicinis recidunt de montibus, atque sonoris
Illecebris captas demulcent suauiter aures.
Illud habet certè lacus admirabile dictu.
Quantumuis magna pluuia non æstuat: atqui,
Aëre turbato, si uentus murmura tollat,
Excrescit subitò rapidis uiolentior undis,
Et tumido superat contemptas flumine ripas.
Deua lacu celebris fluuius prorumpit ab isto,
Alueolumq; terens Guainia præterit arua
Gurgitis à dextra: tum Ialica parte sinistra
Consita, Dehinc tanquam limes diffindit utranque
Mailoram, celeri cursu lambitq; Leonis
Castrum, Postremò rapidis torrentibus auctus
Pergit ad antiquam, cui nomen dedicat, urbem,
Vnde quidem legio Romanis dicta Duana.
A fluuio proprium nomen Deuania sumpsit
Tota patens uastè regio uicina, suumq;
Festa palatinis titulis attollit honorem.
Nuntius huc propero cursu peruenit amicus,
Principis Eduerdi referens exordia fausta,
Sidera quo nato cœlesti clarius orbe
Fulserunt, animiq; hominum consurgere, pulsis
Tristitiæ tenebris, cœperunt lumine uiuo.
Senserat oblatum tempus pulcherrima Deua,
Quo domini celebrare sui contenderet ortum,
Lætitiæq; daret laxas effrenis habenas.

Aurea

Aurea profluerent mihi nunc si uocibus ora
Centum grandisonis: & apes iam dulce labellis
Mel sua dona meis inferrent: deniq; lymphas
Ebiberem si forte sacras Heliconis amœni,
Vix equidem possem plenis expromere uerbis
Gaudia quanta sui comitis perfuderit ortu
Deua palatini. De multis pauca referre
Sed lubet. Arx magnæ quæ muros colligit urbis
Edidit horrisonos misto cum fulmine bombos,
Et paribus uicibus resonabant gurgite naues.
Templa petunt cuncti, suaue & fumantibus aris,
Sancta sacerdotes fuderunt uerba Tonanti.
Purpurei patres tunc conuenêre, senatus
Egregius, populoq; epulas, & uina ministrant.
Turba deinde frequens campo se immisit aprico.
Ducere uirginibus fuit unica cura choreas.
At iuuenes partim cursu, partimq; palestra
Fortiter exercent neruos. Pars maxima poscit
Præmia decerni pennatis iusta sagittis.
Annuit huic meritò prætor, totusq; senatus.
Est locus eximiè bellus cognomine Roda
Valle situs, fluuij transuerso limite ripas,
Vrbis & attingit muros: sed longior extans
Terminat hinc pontem Deuanum, terminat illinc
Nauigio celebrem portam cuneatus Aquensem,
Hic alacri cura metas erexerat altas

Cespite de uiuo iuuenum paulo ante maniplus
Longa quater centum passus quas linea duxit.
In medio stabat formatus imagine truncus
Humana, uolucri signum spectabile telo.
Sorte duas plebs est parteis diuisa per æquas.
Vtraque spem refouet uincendi pectore certam.
Prætor at urbanus numerum præscribit utrique,
Candida quo parto victoria cederet uni.
Ordine dispositio taxum lunauit in orbem
Quisque suam: dubijs resonat victoria pennis:
Cespitis & tumulum ferit hæc pars: nunc ferit illa
Cuspide ferrata. Cœlum clamoribus omne
Insonat. Insistunt operi, taxosq; recuruant.
Fecit amica pares numero uictoria partes.
Vnio iam tantum supremæ meta coronæ
Desit: inardenti repetunt certamina mente.
Et iam solus erat qui non contraxerat arcum
Vnus, sed reliquis longè præstantior unus,
Ille quidem tensæ calamum fortissimus ulmo
Inseruit, neruumq; ipsam deduxit ad aurem
Talia præfatus. Feriet sic nostra sagitta
Hostes diue tuos Princeps Edoarde feroceis.
Dixerat. Excussum penetrauit nubila telum,
Atque cadens faciem depicti uulnere trunci
Fortius impresso uiolauit. Risit ab alto
Concutiens niueas alacris victoria plumas.

Pars

Pars dedit applauſum uictrix, & cætera plebis
Turba per immenſum campum reſonabat acutis
Vocibus. Extemplò prætor uictoribus æquus
Obtulit argento puro radiantia tela,
Et ſapiens coram ſic fecit uerba ſenatu.
Natalem lucem comitis primordia noſtri
Nos decuit patres pompa celebrare decora,
Lætitiæq; nouæ cumulos ſuperaddere magnos.
Fecimus id tenuis potuit quod noſtra facultas.
Nec dubium quin ſi tribuiſſet iuſta poteſtas
Maxima, non animus nobis, non cura fuiſſet
Abſens. Perſtemus quo cœpimus ordine pulchro
Vota deo ſummo facientes, conferat annos
Vt noſtro multos Edoerdo. cuius amore
Iam conflagramus. Fortunatiſſima ciues
Tempora nos ſpectant. Tantum præſentia diui
Principis alma deeſt. Spes eſt mihi certa futurum
Lucifer Eduerdus Deuana ut ſplendeat urbe,
Et reparet uicina minantia caſtra ruinam.
Aethelfleda potens Alfredi filia regis
Reſtituit Deuæ ſolidas ſua robora turres,
Danica quas rabies bello perfregerat acri.
Nobilis ille comes Leofricus plurima noſtris
Contulit. Hugo Lupus decus admirabile gentis,
Præſidiumq; fuit Deuanæ. Fama loquetur
Inclyta perpetuò Ranulphi facta, beauit

Ille

Ille quibus gentemq; suam, nostrosq; priores.
Profuit & nobis Eduerdi gratia Longi.
Talis erit certè Princeps Edoerdus, & urbem
Aspiciet lætis oculis hanc, omnia fusè
Elargiturus, quæ commoda senserit esse.
Hæc Prætor. Plausit seniorum candida turba.
Concio tum dimissa, patresq; recedere iussi.
Audijt insolitos strepitus Guiralia pompæ:
Terra quidem prima facie mediocriter ampla,
Ast inclusa iacens hinc Deua, hinc flumine Muro
Donec in angustum redigatur acumine conum,
Insula quà resluas undas Hilcuria gustat.
Parua licet numero gentis regiuncula, Deuæ
Non tamen ingenti plausu cedebat amico.
Trãsijt ad calidas properè uaga Fama Salinas
Multa uoluptatis referens spectacula ueræ.
Ergo animi rediêre noui in præcordia Vicis
Conuenêre uiri, pueri, innupteq; puellæ,
Ducebantq; leueis triuijs de more choreas.
Fistula dat modulos, strepitũ dant tympana mollem,
Pes tremulus seruat numeroq; decentius omneis.
Pars rotat impigro sudantia corpora motu.
Inq; uagas agili saltu pars emicat auras.
Pars, manibus dant signa suis, nutuq; loquuntur.
Vnus erat reliquis forma præstantior. Ille
Cum pedibus, tum uoce ualens bene longa choragus

Agmina

Agmina ducebat, cecinitq; suauiter ista.
Prima Palatinæ Deuæ celeberrime Princeps
Gloria, natalem iuuat exornare uirenti
Fronde tuum, promptisq; animis agnoscere quanta
Commoda contulerit: tum quanta & conferat olim.
Viue diu formose puer: noua cura deorum.
Viue, tuisq; faue longum charissime Vicis:
Dixit, & arguto chorus adsonat ore canenti.
Explicuit dehinc Fama suas perniciter alas,
Altaq; fulminei petijt Iouis atria uictrix
Circuiens liquidi spatiosa uolumina cœli.
Tum quoque despexit terram sublimis, ocellos
Sidereos figens Bisduni in mœnia castri,
Qui locus excelso consurgit uertice rupis,
Vnde licet, uelut è specula, quoscunq; iacentes
Circum monticulos, ualles q; uidere feraces.
Huc se præcipitem celeri dedit illa uolatu,
Atque tenens arcis fastigia summa superbæ
Concussit pennas alacri feruore strepentes,
Oraq; deinde sono tali facunda resoluit.
Assyrio rediens uictor Ranulphus ab orbe
Hoc posuit castrum terrorem gentibus olim
Vicinis, patriæq; suæ memorabile uallum.
Nunc licet indignas patiatur fracta ruinas,
Tempus erit quando rursus caput exeret altum,
Vatibus antiquis sit fas mihi credere uati,

Forsan & Eduerdus pretium feret omne laboris.
Finierat. uentum passis concepit ab alis,
Et celsi petijt radiantia climata cœli.

CONCLVSIO OPERIS.

Hactenus exortum celebrauit nostra Thalia
Principis Eduerdi deducto carmine faustum.
Nunc Henrice decus cunctorum nobile regum
Accipe parua tui uatis munuscula uultu,
Tristia multorum quo planè corda serenas.
Serius in lucem prodit meus iste libellus.
Deprecor hanc culpam: tamen accuratius exit,
Multa uetustatis uenerandæ nomina monstrans,
Cognita quæ paucis tenebris latuere profundis.
Viue pater patriæ rex inuictissime. Viuat
Ascanius q̃; tuus Phœnicis filius albæ.

ETYMON NOMINIS D. EADVERDI PRINCIPIS.

Quisquis Eäduerdum Romano expresserit ore,
Custodem fidei dixerit esse sacræ.
Hoc ego crediderim puero feliciter orto
A superis nomen cœlitus esse datum.
Est pater antiquæ fidei defensor amicus:
Degener & nullo tempore natus erit.

FINIS.

Syllabus, et interpretatio
ANTIQVARVM DICTIONVM
quæ passim per libellum lectori occurrunt.

Abrefraum, Britānicè Aberfrau à Frao fluuio in cuius ostijs olim fuit palatiū, & quidē celebre, Principis Venetorū. Et ne quis ignoret vim nominis. Aber lingua Britānica significat ipsa ostia, & casum fluminis in mare: ut Aberauon, id ē, ostia Auonæ: Aberdeuy, ostia Deuij. Est etiam & Aber locus, ubi coëūt fluuij, vt Aber Hondeney, vbi Hōdenus se in Iscā exonerat. Abergeuenney, vbi Geuenna defluit in Iscā. Apud Durotriges gētem Britāniæ occiduā ē portus fama notissimus, ātiq; tpe Abrefaū dictus, Anglicè Fromemuthe, vbi cōfluētia Frai, & Terēti fluminum. Hac ætate Pola nomen loco est, à vasta aquarum planitie. Aber

Abretaū, Britānicè Abertau, id est, ostia Tai fluminis. Anglicè Suineſey, à porcis marinis: nunc Suanſey, sed corruptè.

Alaunus, fluuius ad boream isthmi Coriniani.

Alaunia oppidū, Britānicè Hellas, alias Heilstoune, à flu. eiusdē nominis vicino, vt ego conijcio, sic dictū. Adiacet portus uulgò Heilforde nuncupatus.

Angulia Britannicè Tegengle, id est bellus angulus. Saxonicè Flinteshire.

Atrebates, Anglicè Bareokshire menne: quorum meminit Antoninus. Hos Ptolemæus Attrebatios appellat. Atrebat

Aruona olim Britannicè dicta Cairsegent à Segonto flumine: Latinè uero Segontium, vt ex Antonino liquet. Significat autem ad verbum Aruon super Monam: adiacet enim Monę insulę. Idiotismus est Britannicę linguæ vt syllaba præcedens, M. primā sequentis in V mutet, ut Llanuiengle pro fano Michaēlis, Llanuaire, id est, Fanum Mariæ. Segontium

Quanquam in Armore fallit: quę dictio ſonat ſuper mare. vnde & Armorica regio, quę nunc Britannia continentis, á Britannia indubiè ſic dicta inſula, commigrante eò cum Maximo tyranno Britannorum multitudine. Hîc meritò in ius uocandus eſſet Polydorus aliter, ſed parum rectè ſentiens, Nolo tamen venerando ſeni otium amplectenti negotium exhibere.

Auondunũ. Anglicè Hamtoncourte.

B.

Balduinum. Britannicè Treualduine, id eſt, oppidum Balduini. Nunc autem Gallicè Montegomerik appellatur, id eſt mons Gomericus á Rogero Gomerico comite Alenconio, & duce mediĳ ordinis Normannorum in bello, quo vicit Anglos Gulielmus poſtea rex. Hic Gomericus libera litate Gulielmi regis factus eſt comes Salapiæ, & Aruntinę vallis. Robertus vero Gomerici filius, cui nomẽ á Beleſmo vir bello ſtrenuiſſimus Sudoſaxones eiuſdem Gulielmi dono in ditionem ſuſcepit.

Banchorus, vulgò Bãgor, nota põtificũ apud Segõtios ſedes. Nomẽ aũt loco inditũ á Ban, & Choro. Bã Britãnicè ſignificat locũ editũ, conſpicuũ, deſignatũ, & fama celebrẽ. Chorus notioris ſignificationis vocabulũ eſt, quàm vt interprete indigeat. At non hic locus eſt, cuius mentionem fecit Beda Girouicenſis ſecundo capite ſecundi libri Anglo ſaxonicæ hiſtorię, vbi monachorum duo mĩllia & centum fuiſſe commemorat. Erat autem, ne curioſi dubitent, in ripa Deuæ fluminis. Nunc tota concidit, & locus aratrum patitur. At non vna concidit & loci fama. Sunt qui ſcribant Pelagium, in quem ſcripſit D. Auguſtinus, hîc aliquandiu ſtuduiſſe. De quo Proſper Aquitanicus.

Aut hunc fruge ſua æquorei pauêre Britanni.

Crediderim & huius loci incolam fuiſſe Gildam Britannicæ ſcriptorem hiſtoriæ. Satis conſtat ex ſecundo capite ſecũdi libri Bedę

libri Bedæ de Angloſaxonum hiſtoria Dionotum virum cum eruditiſsimum, tum ſanctiſſimum huic collegio præfu iſſe: atque adeo, vt ego colligo, ſynodo ab Auguſtino Anglorum Apoſtolo congregatæ interfuiſſe.

Bardus. Britānicè Barthe. Sunt qui bardum ſtupidum interpretentur. At Gallis, teſte Nonio, is bardus fuit qui virorum illuſtrium facta canebat. Quo nomine & vates ſuos Cambri vel hodie lingua appellāt Britānica. Lucanus lib. 1.

Vos quoque qui fortes animas belloq; peremptas
Laudibus in longum vates demittitis ævum
Plurima ſecuri fudiſtis carmina bardi.

Bardorum meminit & Strabo geographus lib. 4.

Bellini caſtrum, nunc turris Londinenſis. Eſt etiam ſinulus vicinus Bellini nomine dictus, nauibus accommodus. Hîc, quoniam in caſtri mentionē incidimus, operæpretium eſt ſtudioſum antiquitatis admonere, fuiſſe alterū Londini caſtrum ad occidentem in ripa Tameſina, de quo Stephanides ſcriptor elegās in libello, quem ædidit de ſitu, & ritibus vrbis Londinenſis, mentionem facit. Ruinā patiebatur magnam tempore Gulielmi primi regis Angliæ: quo regnante ignis latè per vrbis regiones graſſata eſt, & partem Paulinæ baſilicæ orientalem inuaſit, fœdauit, & á fundamentis cōcuſſit. Nec multo poſt beneficio regis, chorus Paulinus poteſtatem impetrauit vt vim maximam ſaxorum á caſtri ruinis in ſuos tranſferret uſus. Longo poſt tēporis interuallo, Bradouardinus Cantiorum archiepiſcopus ſecta Dominicanus collegium ſuis in ipſa caſtri area magnificè ædificans, quod reliquum erat murorum, ſuſtulit. Sic caſtri memoria omnis, niſi q̄ urbis regio, aut inſula, quæ Fluentanæ portæ adiacet Caſtellana vocetur, perijt. Sed quò me rapuit oratio

Boguelthum. Britannice Bogwelth. De hoc loco Nennius rerū Britannicarum ſcriptor, paucula quædam refert.

Brangonia. Britannicè Caīrurangon, Anglice Vvirecestre

SYLLABVS

ceſtre. Quidã hanc eſſe putant urbẽ, quã Antoninus Brauo niũ uocat: quidã aũt Viroconiũ, quibus ego quodammodo ſubſcribo. Non deſunt qui Brugam Brauoniũ: & wreken ceſtre urbẽ omnino dirutã tertio a Salapia in ripa Sabrinæ lapide Viroconiũ appellẽt. Vigornia non eſt nomẽ admo dũ nouũ. Ioſephus Anglus poeta elegãtiſſimus huius urbis meminit in prętatione operis de bello Troiano, quod trãſtu lit παραφρασικῶς, ex Darete Phrygio, & Balduino Cãtiorũ archiepiſcopo, qui Tyri obiit dedicauit. Hic liber in Germa nia nuper, ſed deprauatiſſimè impreſſus eſt, addito Cornelij Nepotis Romani titulo. Floruit tempore Richardi regis Anglię: cui ob admirabilem in bellis gerendis fortitudinem Cor leonis nomen inditum.

Brecheniacũ oppidũ fama celeberrimũ, quod á Brecha no quodã regulo, ut referũt annales Cambricorũ ſcriptorũ appellationem cepit. Antiquitus lingua Britannica dicebatur Aberhondeny ab Hondeno amne præterlabente & ibi dem ſe cum Iſca flumine commiſcente.

Britãnia prima, ut ego cõiecturã facio, ea fuit, quæ nũc Anglia. Britannia uero ſecunda quæ modo Scotia. De hac diuiſione ſcribit Sextus Rufus: ſcribit & Vibius Sequeſter Hinc eſt quod Britannias numero multitudinis apud Latinos autores legimus.

Bruga, alias Burgus, & Berga. Anglicè Brugenorth. At unde Northe a recẽtioribus ſit additũ nõ ſatis cõſtat. Cõſtat aũt nẽoroſum ſaltũ, cui nomẽ Morphe urbi adiacere. Huius urbis, inter alios autores multos, is meminit, qui paralipome na opus terſum, & ſpectabile annalibus Aſſerij Meneuẽſis Scribę, & præceptoris Alfredi regis Viſiſaxonũ adſuebat. Hic eſt ille Aſſerius, quo adiuuante, rex nunquam ſatis laudatus Alfredus Iſiacas ſcholas, quas nunc á uado Iſidis pro Ouſeforde, Anglice, ſed corrupte, Oxforde appellant, inſtituit. Et ne quis de nomine dubitet antiquitas etiam nunc

manet

manet in Ouſeney, id eſt, Iſidis inſula ſuburbio celebri. Nō enim Tameſis urbem præterlabitur, ſed Iſis,. Tama uero & Iſis longe inferius ad pontem coeunt Durianum, unoq; deinde alueo Caleuam Atrebatum, id eſt walengaforde petūt

Boſuenna celeberrimum hac memoria totius Coriniæ emporium. Recētiori nomine nunc Bodmine appellatur. Locus quidem illuſtris eſt, cum monumento Petroci Britanni uiri ſanctitatis opinione olim clariſſimi: tum maxime donationibus Aethelſtani Angloſaxonū monarchę, qui uel uniuerſam Coriniorum prouintiam in ſuam uictor felicisſimus redegit poteſtatem. Adelſtow. id eſt, Aedelſtani locus oppidum piſcatoribus cognitiſſimum, quod uulgo Padeſtow uocatur, argumento & quidē manifeſto eſt uictorię.

C.

Caledonia ſylua Romanis ſcriptoribus cognitiſſima. Vnde & Britanni, & Scotti eiuſdem incolę Caledonij dicti Martialis poeta lib. 6. epigrāmaton, ſic ſcribit ad Q. Ouidiū.

Quintę Caledonios Ouidi viſure Britannos.

Lucanus libro ſexto.

Aut vaga cum Thètis Rutupinaque littora feruent
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

Statius libro quinto ſyluarum.

Quanta Caledonios attollet gloria campos.

Silius libro tertio belli Punici de Veſpaſiano loquens.

Inque Caledonios primus trahet agmina lucos.

Autoritate veterū ſcriptorū cōſtat, duas olim in Britannia magni nominis fuiſſe ſyluas: quarū quę prima Caledonia à frigidis, vt ego colligo, mōtibus dicta eſt: altera verò à Saxonibus Andredeſwalde, de qua Hēricus Huntēdunēſis ſcribit in ſua hiſtoria. Porrigebatur aūt ab ea parte Cantij, quæ nūc à ſyluis Vvaldia appellatur, vſque ad Dāmonios, teſte autore cum veteri, tum docto quidē illo, qui ſuorū temporū res geſtas hiſtoriæ Aſſerij Meneuenſis annexuit.

Cambria

Cambria montana regio est, quo Britannorũ reliquiæ Saxonum fugientes tyrannidem cõmigrauêre. Hanc barbara gens patrio uocabulo wallon appellabat. Germani verò peregrinos omnes & Gallos maximè wallos nominabãt Vnde ortum ut Cambria wallia, & Cambri gens Britannica Galli, siue walli dicerẽtur. Sylvester Giraldus Meneuensis, cuius fit mentio in decretis, Rom. Pontificum, homo, ut illa ferebant tempora, uixit enim annis abhinc pene quadringentis, nitidè, tersè, & eleganter eruditus, non dissimilia de wallis, & primus quidem, quod ego sciam, nostrorum omnium in libello cui titulus Topographia Cambriæ scripsit: Tantum abest ut Polydorus, alijs multis nominibus orbi cõmendatus, hæc primum luci restituerit.

Catguilia. Britannicè Catguili: at nunc corruptè Kidwelly. Nomẽ loco inditum á catto, & cubili. Mauritius Londinensis uir magnæ potentiæ tempore Henrici secundi Anglorum regis, oppidum muro cinxit, arcemq; posuit.

Catyeuchlani, de quibus Ptolemæus, Chilternicos montes, & partẽ prouintię maximã, cui nũc Heortfordia nomẽ inhabitabant. Ciuitas uero illorũ primaria erat, teste Ptolemæo, Verolamiũ, ex cuius ruinis accreuit Fanũ Albani.

Ceretica regio: nunc Cairdiganshire, cuius est frequens in libris Sylvestri Giraldi mentio.

Colunus fluuius. Britannicè Colunne, uulgò Clunne, unde & castro nomen inditum, quod & subinde Colunwi Cambrorum lingua appellatur. Incremẽta cepit ab Alanis uiris in ea regione longè potentissimis.

Conouius fluuius: Conewy. Hinc Conouium urbs in Itinerario Antonini. Eaduerdus Longus rex Anglorum, debellatis Venetis, hanc urbem muro quadrati lapidis pulcherrimo cinxit, arcemq; restaurauit.

Coryletum. Britannicè Trekelthle. Anglicè Hay. Hic eruuntur Romanorum numismata, quæ urbis antiquitatẽ facile

facile indicant.

Corinia á Corino duce, vt tradunt Britannicæ scriptores historię, dicta est. Sunt qui hanc regionem Cornubiam appellent, vt Asserius, & alij. Sunt & qui Cornugalliam appellent, vt Gulielmus á Maildulphi curia historiographus imprimis illustris, & alij, quibus Polydorus subscribit. Tilbirius Anglus in historia sua hanc regionẽ Cornubriam, quasi sit cornu Britanniæ, vocat. Ego verò si libere mihi liceret dicere id, quod sentio, pronũtiarẽ potius Cornewalle personare Coriniorum Galliam: siue Corinienses wallos. De Vvallis paulo superius diximus.

Claudia. Britannicè Cairglo. Anglicè Gloceſtre. Hæc vrbs vt apparet ex historia Nennij Britanni non desumpsit sibi nomen á Claudio imperatore Roman. sed ab aliquo recentiore Claudio. Ptolemęus Claudię nõ meminit. Corinij ciuitatis rectè meminit: quam & caput Dobunorum fuisse deprędicat. Hinc coniectura, & quidem vehemens est, non efflоruisse Claudiam primis Romanorum in Britanniam venientium, sed postremis annis. Antoninus Glanouentę meminit. At non possum adfirmare hanc eam olim fuisse, quę modo Claudia.

Cragetum. Britannicè Craigeth: á crago, id est, saxosa, rupe in qua sita est.

D.

Demetę, gens australem Cambrię partem incolẽs. Vnde Demetia, & Demeticus. Ptolemęus Demetarũ meminit.

Deua fluuius vulgo Dewe, & De: á quo Deua ciuitas, quę Britannicè Cairlleõ ar dour Dew vocatur. Anglicè verò Legaceſtre: nunc detruncato vocabulo Ceſtre.

Deuania regio à Deua flu. quæ modo Ceſtreſhire.

Deiranum littus vbi Deua æstum patitur.

Dobuni olim eam possidebant regionem, quam nunc Claudianã vocant, id est, Gloceſtreshire. Eorũ vero prima

ciuitas fuit Corinium á Corino fluuio vicino sic appellata, Britannicè dicta est Cair Keri, vel rectius Cori. Saxonicè autem Churnceſtre: deinde & Cirenceſter, at nũc, ablata media vocabuli parte, Ciceſtre. Hic ingens vis numiſmatũ imaginibus Cæſarum, lege Britannis impoſita, ſignatorum reperiuntur. Paucis abhinc annis ibidem erutæ inter mœnio rum rudera tabulæ. Ro. literis inſcriptæ.

Doris, quæ & Durus. Hunc portum nomine Dubris appellat Antoninus: vulgo Douer appellatur.

Durouernum Ptolemæo, & Antonino ciuitas cognita. Beda hanc vocat Doroberniam. A Saxonibus Cantewarbyri, id eſt, Cantiorum curia dicta eſt.

Duneuetum. Britannice Duneueth, vrbs prima totius Coriniæ in editiſſimo monte ſita. Recentiores hanc appellauerunt Lanſtuphandune, id eſt, fanum Stephani in monte Ab hac ciuitate oriundi Duneueti, quorum familia etiam nunc apud Icenos, ſiue Volcas boreales clariſſima eſt. Hinc Thomas eques plane incomparabilis, & alter Aiax, qui naumachia ingenti omnium Anglorum dolore periit. Hinc prodiit & Henricus eques nobiliſſimus, idemq; literatorũ fautor maximus. Nomen autem familiæ antiquum à vulgo detrũcatur, pro Duneuetis enim Neuetos appellant.

Dugladia. Britãnicè Aberduegleuy. i. oſtia duorũ gladiorũ. Eſt enim ibi cõfluẽtia duorũ amniũ, quibus Gladius nomẽ inditũ. Syluester Giraldus in opere cui titulus Odeporicõ Cãbrię hãc vrbẽ recẽti vocabulo Hauerforde appellat, corruptè, niſi ego male iudico, p Aberforth, qd ſonat oſtia vadi. noſtra ętas locũ nomine Herefordę occidẽtis deſignat

F.

Fanũ Andreæ in ripa Themidis. Britãnicè Llanandre vulgò Preſteine.

Fanum Mauditi. Britannicè Saincte Maws.

Fanum Paterni. Britannicè Llanbaterneuaur, id eſt

fanum

fanum Paterni magni.

Falensis portus: vulgò Falemuthe hauen.

Ferulega vulgo à Saxonibus Ferlege dicta. Nunc autem Britannicè Heneforth, id est, vetus vadum. Anglicè Hereforde. Caradocia, quæ Anglicè Kenceſtre vocatur, in magno fuit pretio, ante conditam Ferulegam. Distat autem à Ferulega plus minus tribus passuum millibus.

Forum Iouis. Britannice Merkiu, oppidum in littore situm, qua itur in insulam Michaeliniam.

G.

Geuenna. Britānice Abergeuenny. sic dicta à fluuio eiusdem appellationis, qui eo loco in Iscam defluit

Guainia Btitānicè Guaine. Diuiditur in superiorē & inferiorē. Nūc aūt Anglicè vocatur Chirke, & Chirkelande.

Guiralia. vulgo Vvirehale.

H.

Hugo Lupus comes Deuanus, siue Castrensis, beneficio Gulielmi Nortomanni, qui Anglos debellauit. Cuius filius, ac hæres Richardus naufragio periit vna cum Guliel mo Henrici primi regis Angliæ filio.

I.

Iccius portus: nunc Calice. Crediderim Gessoriacum Bononiam hac dici ætate.

Iceni, quantum ego ex Antonino colligere possum, eam incolebant regionem, quam nunc Volcæ aquilonares, qui Anglice Northefolkmen vocantur. Barbaris Britanniam vi occupantibus Icenorum nomen extinctum est, & Ostro Anglorum fama ibidē in immensum excreuit, quibus & Regulí à Meroualdo prefuerunt. At vbi regij nomi nis dignitas apud hanc emarcuisset gentem, victores Dacici generis Comites eidem designati sunt. Postremo regnante Gulielmo primo Nortomāno Bigotius ex Britānia

continentis Volcas in ditionem accepit suam. Venta vrbs olim Icenorũ prima, quę nũc Saxonico vocabulo Northe wiche dicitur. Retinet vel hodie pristinum decus. Est & in fluuio pręterlabente nominis antiqui, quanuis leue quidem illud, vestigium. Prædicat hæc ducem suum Thomam Houardum Scottomastigẽ. Prędicabit & Henricum Regnorum comitem eius filium iuuenẽ elegantis literaturæ planè studiosissimum.

Isca. Britãnicè Cairlleon ar wiske. Dicta est etiam á Latinis Iscelegia. Isca fluuius rapidissimus, cuius in Nigro mõte est ortus, vrbem alluit. Est & Isca, teste Ptolemæo, ciuitas Dumnoniorum. Britannicè dicitur Cairuske, Anglicè, sed corruptè, Excestre.

L.

Laceius comes Lindisianus, siue Lindocollinus beneficio Eaduerdi Longi regis Anglię. Lindis fluuius, a quo vrbs celeberrima per quam defluit, nomen antiquitus accepit, & adhuc retinet. Ab eodem etiam flumine prouintia Anglicè Lincolneshire dicta, appellationem habet.

Ledcuria. Anglicè Ledbyri prope Treescop.

Leofricus Comes Merciorum vir cum ditissimus, tum pijssimus, & D. Eaduerdo eius nominis ante aduentũ Nortomannorum in Angliam tertio longè charissimus.

Leonis castrum. Anglicè, vt ego arbitror, Holte.

Luda, vulgo Ludelaue, & Ludlo. Magna equidem cepit hæc vrbs incrementa a Piperellis, & Mortimarijs.

Lupinum. Anglicè, Vvolphehaule.

M.

Maiseuetæ olim incolebant orientalem Cambriæ limitem ad sinistrã qua Vaga defluit ripam: A quibus ea vrbs Britannicè Maiseueth dicta est, quę nunc Radenor. Nomẽ vero gentis a pratis lęta fertilitate luxuriantibus crediderim exortum esse. A tempore Offæ regis Merciorum longè potentissimi

tẽtissimi, cui lis, & simultas erat, vt apparet ex epistolis Flacci Albini Eboracensis, cum Carolo magno, cepit luculenta incrementa Hereforda, vrbs clarissima Ethelberti regis orientalium Anglorũ, ac martyris monumento, & gentis prima sedes meritò habita est. Ego aliquando legi apud Marianum Scottum, & Rogerũ Houedenum historiographos, atque adeo alios rerum saxonicarum scriptores Maiseuetas aliter Masegetas & Magesetas, sed nomine indignè mea quidem sententia luxato, vocatos.

Maridunum. Britannicè Cairmardine. Hic natus fuit Ambrosius, vnde Maridunensis dictus, vir in matheſi, vel ad miraculum vsque eruditus. Vulgus Britannorũ ex Maridine mutata. A. litera in E. & D. in L. fecere Merline, & donum prophetię temerè ei imposuerunt. Arbitror huius arte coronarium illud opus ingentium saxorum, trophæum sanè spectabile in campo Seueriano, nõ procul ab Ambrosia oppido, fama celebri, erectum fuisse. Nam quod quidã scribit eò transuectas fuisse moles illas ex Hibernia vanitas est, & quidem merissima. Legi ego aliquando, si rectè memini, in Topographia Hiberniæ, libello Syluestri Giraldi, simile trophęum in Chillarao Hiberniæ monte, tẽpore Henrici secundi regis Anglorum extitisse.

Mailoria regio in finibus Cambriæ Deuæ flu. vicina. Et hęc quidem diuiditur in Cambrianam, quę nunc Bromefelde, & Saxonicam.

Mediolanum. Anglicè Lanecastre, à Lano flumine prętercurrente. Ab hoc quoque flumine Lanesdale, id est, Lani vallis nomen obtinuit. Hanc vrbem attribuit Ptolemæus Ordouicibus. Sunt qui coniecturã faciant Mancester eam esse vrbem, quã Ptolemæus Mediolanum vocat. Collimãt rectius qui ex Antonino colligunt Mancinium eam esse vrbem, quam nostra ætas vocat Mancester, claram videlicet Hirci & Iridis confluentia.

Mellenius mons

Mellenius mons, vulgò Melennith: celebris est cum agris pascuis, tum fœtura bellatorum equorum.

Menenia

Meneuia. Britannicè Hene menew, id est vetus rubus: nunc appellatur Fanum Dauidis.

Mervinia

Meruinia regio ad boreale littus Cābrię sita, partimq; tendens versus austrum. Nomen verò accepit à Meruino trium filiorum Rotherici Magni Cambriæ monarchę primogenito. Veneti cessere in partem Meruino. Poisia in ditionem Anaranti eius fratris deuenit. Cadelius tertio genitus Demetas regebat.

Rotherius magnus

Anglesey

Mona. Britānicè Terre Mone. Hęc ab Anglis ui occupata, Anglesey dici cepit, id est, Anglorū insula. Polydorus Vergilius uir cū magna lectiōe, tū iudicio in rebus multis planè singulari, aliter sentit, contenditq; miris modis ex Meuania Monam facere. Si nomen, quod uel adhuc retinet Si urbs, quæ è regione sita est, unde & nomen Aruonæ pro Armone habet: Si traiectus breuissimus quidem ille, cuius & Romani scriptores meminerunt: Si Penmona promontorium, quæ dictio caput Monæ significat: Si arborum ingentes trunci, ac radices fabulo obtectæ, quæ latè per Monæ littora eruuntur: Si abietes miræ longitudinis in uligino sis campis passim sub terra inuentæ non satis probant eam olim Monam fuisse, quæ nunc Anglesey uocatur, nihil amplius in præsentia dicam, nisi quod decimo quarto apud Tacitum libro hæc legerim. Excisisq; luci sæuis superstitionibus sacri. Ego uerò & meritò assurgo Polydoro. Præstitit in historia, quæ potuit optima. Si meliora potuisset, facile quidem uoluisset. Quo nomine & posteritas multum ei debebit. Sed ut conniueam in meridie, & indulgeam manifestis erroribus, qui frequentiusculè erudito occurrunt lectori, siue ille per ignorantiam, siue, ut candidus interpretor, per incuriam peccauerit, mihi nec commodum, nec æquum uidetur. Quando amor erga patriam meus, & ue-

Polydorus Vergilius

Aruona qua. Si Armona.

Penmona

Tacitus

ritas

ritas ne faciam prohibent, & quidem seuerè. Mihi profectò si esset cum eo familiaritas ulla, ingerere me nec possum sed neque uolo, liberè illum, at oportunè, interim nec minus candidè, & modestè admonerem ut sexcentas eiusmodi maculas in historia, quam ædidit, elueret. Nec dubito quin ille, quo est candore, qua prudentia, quo iudicio, lubens faceret. Polydorus Lapeus

Monouaga. Britannicè Mongowy. Anglicè Monemuthe. Hanc sic circumloquor. Iuncta Vagæ Mona, à confluentia.

Morini, gens Gallica quorum vrbs Teruana. Est & Caletum vrbs Morinorũ. Gratius poeta, de quo Ouidius mentionem facit, hæc scribit in libro de venatione. Morini Gratius poeta

Quid freta si Morinum dubio refluentia ponto
Veneris, atque ipsos libeat penetrare Britannos.

Murus fluuius & æstuarium. vulgo Mersey. Hic diuidit Laniam à Deuania. Oritur autem in ipsis Eboracensis prouintiæ limitibus. Murus

N.

Neouẽta. Britãnicè Castelleguente. Saxonicè Strigule: Vnde & Cõites Strigulienses à Comite de Ogy Gallo originem ducentes: quorũ Richardus vir cũ stemmate Clararum illustrissimus, tũ bello vndecunq; clarissimus, Hiberniã primus Nortomãnorũ omnium, qui in Angliam cõmigrauerunt, petijt, victorq; rediens, accepta prius in vxorem Eua Deronitij Lageniæ reguli filia, ingentẽ aperuit Hẽrico secũdo Anglorũ regi insulæ potiundæ fenestrã. Recẽtiores hanc vrbem appellauerunt Chepestow, id est, forensem locũ. Ego aũt Nouã appello Ventã ad differentiã veteris, quæ plus minus quatuor passuum millibus distabat, qua recta ad urbẽ Legionũ itur. Hęc erat, ut cõiectura ducor, Venta Silurũ, de quibus suo loco dicemus. Nũc tota cõcidit, & seges est ubi Troia fuit. Vestigia fossæ & ualli adhuc manifesta. Comites Strigulie Richardus Hiberniæ dominus Venta Silurum

Extant

Extant etiã & inter mœniorum rudera aliquot turriculæ, sed semirutæ. Ptolemæus Bullæũ ciuitatem Sílurum prædicat. An ea sit Strigulia nescio. Coniectura est vrbẽ captam, direptam, incensam denique fuisse: quo tempore Heraldus Cantiorum Comes, vir bello strenuissimus, iubente Eaduerdo rege Saxonici stemmatis tertio, Silurũ latè terras deuastabat, trophæaq; Latinis inscripta literis passim per Cambriam erigebat, quorũ & Sylvester Giraldus in Cambrię descriptione meminit.

Neueria. Britannicè Aberneuer: sicautem dicta, quod in ostijs Neueræ fluminis sita sit. Nortomãni victores oppidum Nouum portum appellauerunt, quorum dux, si bene memini. Martinus quidam Turonensis fuit.

Nidus. Britannicè Nethe, à fluuio eiusdem nominis sic dictus. Grannouillanus ex progenie Nortomannica beneficio Haymonis Comitis Claudiani, qui Iustinum Morganiæ regulũ debellauit, sedem sibi, suisque posuit. Erat enim è numero duodecim nobiliũ, quos Haymo Pares vocabat, & subpręfectos genti à se deuictę magnanimus cõstituebat

Nouum castellum. Britannicè Castelle newith. Anglicè Newburge, & Newporte.

O.

Oncus fluuius, vulgo Onke dictus, per radices saltus Columẽsis magno labitur murmure, & paulo superius, quã est situs Colunensis castri, in Colunũ fluuium se exonerat.

Ostuthus flu. à quo nomẽ sumpsit vrbs in ostijs eiusdẽ posita. Britannicè appellatur Aberostuth. Hic Ridial, vnus de tribus fluuijs, qui ê Limonio monte famosissimo descendunt, in Ostutũ se exonerat, unaque Oceanum suum petit

Oswaldia. Britãnicè Croix Osualde, id est crux Osualdi. Nomen autẽ urbi inditũ ab Osualdo uiro christiano, & Northumbrorum rege à Penda paganissimo Merciorum tyranno non procul ab eo loco cruenta pugna interfecto:

cuius

cuius & Beda Girouicensis capite octauo libri tertij historiæ Angloſaxonum mentionem facit. Potentia Alanorum quibus fauebant primi Nortomannici generis in Anglia reges, magna huic incrementa dedit. Aruntina vallis iam possidet Alanos, sed prima fortunæ munera debent Osualdię, quam vel adhuc sub ditione tenent.

P.

Penlinū. Britānicè Penllinne, Latinè Caput lacus. Vnde vicina latè regio Penlinia, nota Meruiniæ centuria, appellatur.

Pennouernum. Britannicè Penguerne. Latinè, interprete Syluestro Giraldo Meneuensi, Caput Alneti. A quo nomine non abludit Salapia recentioris memoriæ vocabulum. Angli hanc vrbem Shrobbesbyri, dictione nec inepta nec multum à priori dissidenti vocant.

Penmona. Britannicè Penmone. Latinè caput, vel promontorium Monæ. Hæc pars tenui æstuario diuiditur ab insula, quam docti Siriolam à Siriolo heremita vocāt, licet à vulgo Anglorum Presteholme, id est, presbyterorum insula, eadem nominetur.

Pons Vainus. Britannicè Ponte vaine. Latinè Pons saxeus. Anglicè, sed corruptè, Cowbridg. Non enim significat Ponteuaine Pontem vaccinum, sed saxeum. Maine saxum vel lapis est. Mutatur autem M. in V. idiotismo linguę Britannicæ. Pons Vain

R.

Ranulphus Comes Deuanus, siue Castrensis, Palatini titulo, tum etiam ditione Lindocollina, & Huntendunensi insignis. Hic acerrimo contra Saracenos bello se prędarissimè gessit. Castra insuper munitissima in sua Deuania vel ab ipsis erexit fundamentis.

Regiodunum. Anglicè Cuningesdune, vulgò etiam Kinge- Regiodunum in

Kingestoune.

Regni olim habitabant vbi nunc Sudorhei, partimq; Sudosaxones. Regnorum meminit Ptolemæus.

Robertus de Belesmo filius Rogeri Gomerici Comes Aruntinæ vallis, quæ vulgò Arundale, Salapiæ, & Sudosaxonum merito ab Henrico eius appellationis primo rege Angliæ multatus, quod armis malam causam, læsa domini sui maiestate, defendisset.

Rosseria. Britannicè Heneroſſer, id est, uetus Rosseria ubi olim palatium Principis Venetorum.

Rossi. Anglicè Denbighlande menne. Rossia verò ipsa prouintia.

Ruthenī. menne of Ruthine lande, vbi & Ruthenum emporium. Declinante Cambrorum imperio, & omni Venetorum dignitate sublata, Ruthenī peruenere in potestatem Graiorum, qui nostro seculo beneficio Eaduerdi Plantageniſtæ regis Angliæ Comites Cantij designati sunt. Prima autem Graiorum gloria enituit in Codenoro castello Durouentanæ prouintiæ. Est enim Durouenta, siue Doruentio vrbs celebris à fluuio eiusdem nominis præterlabente sic dicta. Angli vulgò hanc vocant Darby, fluuium verò Darwente mutata tantum vna Britānici nominis litera. Hinc etiam oriundus Henricus Gratus Durotrigum Limitaneus, vir cum fortunis amplis splendidissimus, tum preterea bonarum literarum amator longè candidissimus.

Rutupinum littus maximè illa ora maris, quæ adiacet Rutupino portui, ubi nūc Sabulouicum uulgò Sandwike. Aliâs apud Romanos scriptores significat totū littus Cantianum, desumpta à loci excellentia appellatione. Lucanus libro sexto.

Rutupin aque littora feruent.

Iuuenalis satyra quinta.

Rutupinoue edita fundo

Ostrea

Ostrea callebat primo deprendere morsu.

Rutupiarum meminit Ptolemæus, & recentior eo Antoninus. Vrbs hæc antiquitus sita in Thanato insula: sed nunc, quia Durus fluuius alueum mutauit, insula excluditur. Sita fuit loco utcunque edito & confecta penè tota ex coctis laterибus maiusculis quidē illis. Extāt adhuc ingentes mœniorū ruinę, & Romanorum numismata, passim ab aratris eruuntur. Constat autoritate Gotcelini Bertiniani, Rutupinum fuisse regiam. D. Aethelberti regis Cantij, quo tempore applicuit sanctus Augustinus Anglosaxonum apostolus. Distat autem à Sabulouico plus minus mille passibus. Ruina vrbis Rutupinæ initium, atque adeo incrementa dedit Sabulouico. Hęc vrbs ab Anglis, teste Beda cap. 1. libri primi historię suę. dicta est Reptacester, nunc aūt Richeborow.

Salinæ. Anglicè. The wiches. videlicet Nantouicum Nortouicum, & Dirtouicum, in quibus locis sal purissimus conficitur.

Sacrum promontorium. Anglicè Haligheued. Britannicè Cairkiby, à Chibio viro sanctitatis nomine claro loci incola. Hoc promontorium à Mona tenuissimo separatum est æstuario, vnde & breuissimus & commodissimus Venetis In Hiberniam traiectus.

Segontinum littus, quod nunc Aruonicum

Silicis castrum. vulgò Flinte castelle.

Sílures, vt ego ex Antonini itinerario colligo, eam regionem inhabitabant, quæ nunc Vvencelande appellatur. Sunt qui putent Sílures ad aquilonem habitasse. Ego verò nihil in hac parte pronūtio. Illud interim dicā nō minus libere q̄ verè, nunc̄ q̄ scripsisse aliquē, cuius mihi crassior visa est ignorātia in eruēda Britānicarū rerū antiquitate, q̄ Hectoris Boethij Scotti, tam sunt q̄ in hac parte scribit fere omnia ὀυδὲν πρὸς ἔτος. Quid enim est à Romanis in Britānia penè factū, quod ille temerè ad Scōttos nō trāsierat? Et erat tunē

ille mediocriter eruditus, sed fide longè alia, tantum animi adfectus erga patriam valent, quam ego in historiarum scriptore facilè admitterem. Sed ad Silures redeo, quorum vultus coloratos fuisse, ferunt. Id enim cõmune & alijs Britanniæ gentibus. Martialis in Xenijs,

Barbara de pictis veni bascauda Britannis
Ptolemęus Sylures p y. scribit, & Bullęũ vrbẽ gẽti attribuit

Seueria. Anglicè Vvilugshire, cõtractè Vvilshire. Dicta est autem Seueria ab vrbe eiusdem regionis principe, quæ & nomen accepit à Seuero imperatore, & Anglicè Seuereshyri olim appellabatur, nunc verò Sareshyri. Latinè ad verbum Seueri curia. Hanc vrbem suæ restituit antiquitati Ioannes Seuerianus Anglus beneficio Henrici secundi Anglorum regis episcopus Carnotensis in opere vndecunque elegantissimo, cui titulus Polycraticon. Concidit penè tota ad solum vsque antiqua Seueria. Noua non procul inde sita est loco humili ad confluentiam Auonæ & Vilugi fluminum. Cõmigrationis à veteri vrbe loco quidem excelso posita ad vallem irriguam aquæ penuria in causa fuit: partim etiam & castellanorum in clericos iniquitas. Vtque vetus vrbs floruit sub Osmundo Durotrigum comite, & postea episcopo Seueriano, ac deinde liberalitate Rogerij eiusdem sedis episcopi, ac Henrici primi regis Angliæ à thesauris: sic noua Richardi Pouerij episcopi cum industria, tum impensis, regnantibus Richardo primo, & Ioanne Angliæ regibus, caput attollere cepit. Sunt qui vrbem Cæsaris Burgum appellent; sed præfero Seueriani iudicium.

T.

Taua vrbs. Britannicè Cairtaphe, vulgò Cairdif. Taua fluuius præterlabitur: vnde & nomen loco aptè inditum.

Tegæus lacus. Britannicè Llinne Tegey. Anglicè Pimblemere.

Themis fluuius, vulgò Theme, & Themde.

Theoci cu-

Theoci curia. Anglicè Theokesbyri. Quidam putant emporium à Theodosio nomẽ accepisse. Gulielmus à Mail dulphi curia à Θεότοκος Græco vocabulo, quia ibi templum Deiparæ sacrum, nomen deriuatum putat: cuius ego tamen sententiæ non facilè accedo.

Tiuei ostia. Britãnicè Abertyue, à Tiueo flumine. Nũc dicitur Cairdigan.

Trebocca. Britannicè Trebuclo, oppidum à capris denominatum. Anglicè Knightetoun.

Trecastellum. Britannicè Trecastelle. Nunc autem Gallicè Beaumariske.

Trelinum. Britannicè Trellinne. Anglicè Vvalchepole. Oppido nomen est à lacu vicino.

Trenouantum. Britannicè Trenouante. Latinè oppidum nouum, vel, vt quidam nõ inepte interpretatur, Troia noua. Quod autem Tre oppidum significet Britannica lingua tam notum est, vt comprobatione prorsus nulla egeat. Posset hîc aliquis obijcere Trenouantum oppidum Nouantum esse, vt Nouantes sit nomen gentis. Non admodum in hac parte laboro, prior tamen interpretatio magis arridet, vt gens uicina ab oppido, non oppidum à gẽte nomen sumpserit. Vtcunq; sit, nisi librariorum in causa error, parum recte mutauit Ptolemæus Trenouantes in Trinoantes. At interim uenia danda Græcè scribẽti si barbara nomina luxata referat, dum proportioni, & terminationibus suæ linguæ studet. Nolo hîc mihi fraudi, aut calumniæ esse, quod Galfredum Monemutensem interpretem Britannicæ historiæ, ut illa tulerunt tempora, non omnino ineruditum, sequar. Interpres non scripsit historiam. Quis autem scripserit, plane incertissimũ. Dixeris illam multis scatere erroribus. Fateor & illud habet etiam cũ Romana cõmune. Tam clari posteris erant Romani, quam scriptorum uel eloquentia, uel adfectus eos facere uoluit. Anxiè quidem excussi, non modo

ille mediocriter eruditus, sed fide longè alia, tantum animi adfectus erga patriam valent, quam ego in historiarum scriptore facilè admitterem. Sed ad Silures redeo, quorum vultus coloratos fuisse, ferunt. Id enim cõmune & alijs Britanniæ gentibus. Martialis in Xenijs.

Barbara de pictis veni bascauda Britannis

Ptolemæus Sylures p y. scribit, & Bullęã vrbẽ gẽti attribuit Seueria. Anglicè Vvilugshire, cõtractè Vvilshire. Dicta est autem Seueria ab vrbe eiusdem regionis principe, quæ & nomen accepit à Seuero imperatore, & Anglicè Seueresbyri olim appellabatur, nunc verò Saresbyri. Latinè ad verbum Seueri curia. Hanc vrbem suæ restituit antiquitati Ioannes Seuerianus Anglus beneficio Henrici secundi Anglorum regis episcopus Carnotensis in opere vndecunque elegantissimo, cui titulus Polycraticon. Concidit penè tota ad solum vsque antiqua Seueria. Noua non procul inde sita est loco humili ad confluentiam Auonæ & Vilugi fluminum. Cõmigrationis à veteri vrbe loco quidem excelso posita ad vallem irriguam aquæ penuria in causa fuit: partim etiam & castellanorum in clericos iniquitas. Vtque vetus vrbs floruit sub Osmundo Durotrigum comite, & postea episcopo Seueriano, ac deinde liberalitate Rogerij eiusdem sedis episcopi, ac Henrici primi regis Angliæ à thesauris: sic noua Richardi Poueriį episcopi cum industria, tum impensis, regnantibus Richardo primo, & Ioanne Angliæ regibus, caput attollere cepit. Sunt qui vrbem Cæsaris Burgum appellent: sed præfero Seueriani iudicium.

T.

Taua vrbs. Britannicè Cairtaphe. vulgò Cairdif. Taua fluuius præterlabitur: vnde & nomen loco aptè inditum.

Tegæus lacus. Britannicè Llinne Tegey. Anglicè Pimblemere.

Themis fluuius. vulgò Theme, & Themde.

Theoci cu-

Theoci curia. Anglicè Theokesbyri. Quidam putant emporium à Theodosio nomẽ accepisse. Gulielmus à Maildulphi curia à θεότοκος Græco vocabulo, quia ibi templum Deiparæ sacrum, nomen deriuatum putat: cuius ego tamen sententiæ non facilè accedo.

Tiuęi ostia. Britãnicè Abertyue, à Tiueo flumine. Nũc dicitur Cairdigan.

Trebocca. Britannicè Trebuclo, oppidum à capris denominatum. Anglicè Knightetoun.

Trecastellum. Britannicè Trecastelle. Nunc autem Gallicè Beaumariske.

Trelinum. Britannicè Trellinne. Anglicè Vvalchepole. Oppido nomen est à lacu vicino.

Trenouantum. Britannicè Trenouante. Latinè oppidum nouum, vel, vt quidam nõ inepte interpretatur, Troia noua. Quod autem Tre oppidum significet Britannica lingua tam notum est, vt comprobatione prorsus nulla egeat. Posset hîc aliquis obijcere Trenouantum oppidum Nouantum esse, vt Nouantes sit nomen gentis. Non admodum in hac parte laboro, prior tamen interpretatio magis arridet, vt gens uicina ab oppido, non oppidum à gẽte nomen sumpserit. Vtcunq; sit, nisi librariorum in causa error, parum recte mutauit Ptolemæus Trenouantes in Trinoantes. At interim uenia danda Græcè scribẽti si barbara nomina luxata referat, dum proportioni, & terminationibus suæ linguæ studet. Nolo hîc mihi fraudi, aut calumniæ esse, quod Galfredum Monemutensem interpretem Britannicę historiæ, ut illa tulerunt tempora, non omnino ineruditum, sequar. Interpres non scripsit historiam. Quis autem scripserit, plane incertissimũ. Dixeris illam multis scatere erroribus. Fateor & illud habet etiam cũ Romana cõmune. Tam clari posteris erant Romani, quam scriptorum uel eloquentia, uel adfectus eos facere uoluit. Anxiè quidem excussi, non modo

paginas omneis, verum etiam versiculos Britannicæ historiæ, gustauiq; vniuersi operis vel medullam ipsam. Gulielmus Paruus Brillendunensis canonicus collegij. Nouoburgensis apud Brigantes, qui nunc Eboracenses, Galfredum in præfatione historiæ, quam scripsit de Nortomannis Angliæ regibus, vellicat, mordet, denique lancinat. Ego verò vt Galfredum non omnino adprobo, ita neque improbo. Vnum hoc interim dicam, & quidem audacter, multa per Galfredum interpretem in Britãnica elucere historia, quantum ad antiquitatem pertinet, quæ paulo eruditiorẽ Gulielmo Paruo, suffragio Polydori quantumuis succenturiato, poscant. Et erat tamen ille, ne quem iusta defraudem gloria, vir suæ ætate rerum temporibus recentioribus gestarum nõ ignarus, sed multo in scripturarũ interpretatione, vt ex eius facile apparet libris, felicior. Quin ad Trenouantum redeo. Ego nondũ satis video quid obstet, quo minus pronuntiem Trenouantum olim eam fuisse vrbem, quam & Londinum Britanni recentiori vocabulo appellabant. Vt autem præclaræ vrbes sua commutent nomina non est infrẽquens. Londinij meminit Cornelius Tacitus libro historiæ suæ decimo quarto. Meminit & Ptolemæus eo paulo recentior, secutus forsitan Fabium Pictorem in Britanniæ descriptione, aut alium quempiam latini nominis cosmographum. Quanquã nisi ego omnino male iudico, luxatum est Londini vocabulum apud Ptolemæum suo loco. Non enim Cãtiorum vrbs fuit. Tamesis ingens æstus Cantios à Trenouantibus indubiè dirimebat. Barbaris etiam Britanniam vi occupantibus Londinum Mediosaxonum, & Ostrosaxonum, nõ autem Cantiorum erat. Et licet Ostrosaxonum regulus esset quodammodo cum alijs subregulis Aethelberti Magni regis Cantiorum beneficiarius, non tamen erat Londinum inter Cãtiorum ciuitates cõnumeratum. Restituenda igitur vrbs præclarissima Lõdinum natale solum meum suis Trenouantibus

tibus: sic sibi, & vero constabit Ptolemæus, cuius hæc sunt uerba. Et magis ad exortum iuxta æstum Iamesam Trinouantes, quorum ciuitas Camudolanū. Hactenus Ptolemęus. Est autem Camudolanum ea ciuitas, quæ à Saxonibus Colunceſter appellata est: nunc autem Colceſtre. Ego uero arbitror à Coluno fluuio præterlabente nomen urbi impositum fuisse: nisi quis sentia: eam à Colonia, cuius forsitan titulo enituit, appellationem accepisse. Absurdum erit post hac quærere ubi locorum fuerint Trenouātes in Britannia, tam rectè cognito Tamesino æstuario. Polydorus Vergilius, uir alioqui doctissimus, Trenouantum temerè adscribit urbi, quā nostra ętas Northehamtō, ad differētiā Southehamton, corruptè pro Northeauondune appellat. Ducitur hoc argumento, quod vulgus hanc urbem contractè appellet Tranton, vt ille sibi vult, pro Trenouāte. Northeauondune longè quidem distat à Tamesino littore, iuxta quod, uel Ptolemęo teste, fuerunt Trenouantes. Nil mihi cum uulgo. Antoninus Banauenti meminit: quo nomine crediderim antiquitus Northeauondune appellatam fuisse. Nomen autem à Ban, & Auon coaluit. Bā, ut alibi docui, significat locum conspicuum, & de fama excellentem. Auon fluuius est, qui per urbem labitur spectabilis ibidem duorum brachiorum ad pontem Thomasum confluentia. Pro Auon Romani dicebāt Auen. Barbaries Saxonum, sublata penitus prima litera, & V. secunda facilè in N. uersa, ex Auene fecit Nene quam uel hodie appellationem retinet. Nomē flu. antiquum etiam nūc remanet in Auonæuralli oppido celebri, quæ Anglicè Oundale corruptè pro Auondale. Hæc ego curiosè in gratiam Trenouanti mei.

Vaga fluuius. Britannicè Gouwy. Angl. Vuy.

Veneti sunt qui incolunt borealem Cambriæ partem à Deuio flumine ad Conouij æstum. Vulgus scriptorum Venedotas appellat, & regionem Venedotiam.

Venetæ alpes. Britannicè Craigeiriry. Latinè Montes niuiferi. Anglicè Snowdune. Ioãnes Seueríanus ſcriptor ſuę ætatis longè eloqnentiſſimus incolas horum montium uocabulo appoſitè Latino Niuicollínos uocat.

Viriana ſylua. Anglicè Vuyre foreſte.

Vrithleſia. Anglicè writelesham, contractè wrexham.

Vrouicum urbs longè celeberrima ſcriptoríbus, cum Latínis, tum Græcis, ſic mea opínione dicta, quod ín Vri fluminis ſínu, qui nunc uulgò Vſa dicitur, ſita ſit. Vrbi aũt Anglicè Vrewike nomen eſt: nunc autem contracto uocabulo Yorke. Eſt locus, ſi rectè meminí, non procul ab hac urbe qui uel hodie hoc nomen retînet, eluxata tantum una lítera, uidelicet Vrſewike pro Vreſwike. Apparet ex antiquis donationum tabulís Saxonicè ſcriptís hanc urbem aliquando appellatam fuiſſe Euorwike, quod uerbum felícius, quantum ad primas dictionis partes pertinet, Latínum nomen refert. Sunt qui ſuſpicentur, nec temerè illud, flumẽ quod urbem alluit, Iſiurum olím dictum fuiſſe, ab Iſide, & Vro ſuperius confluentíbus. Iſe fluuius à Saxonibus Ouſe dictus. Argumento ſunt Ouſeforde, id eſt, Iſidis uadum. Ouſeburne, id eſt, Iſidis aqua. Si hæc cõiectura ualet, ut certè plurímum ualere uidetur, Iſurouicum aptum, elegans, rotundum etiam urbí nomen erit. Iſurij meminit Ptolemæus, meminit & Antoninus, uterque autem eam Brigantibus attríbuit. Concidit Iſurium: locus autem ubí fuit, nunc Aldeburge, id eſt antiquum oppidum appellatur. Nõ procul índe uícus eſt Borowbridge dictus, illuſtris quidem tríbus Romanorum trophæis ínſtar pyramidum nõ procul índe erectis, ad occidẽtem uiæ Vetelingianæ, qua Lugubaliam recta itur. Diſtat autem ab Eboraco plus minus decem paſſuum míllibus occidẽtem uerſus. Fuit olím Eboracum regia ſedes Brigantum, quamuis Hector Boẽthius rerum Scotticarum ſcriptor dormitãs Gallouidiam illis, ſi dijs placet, attríbuat,

tribuat, quæ ad Nouantas, ut ex Ptolemæo manifestè colligere licet, pertinebat. Non cecidit Eboraci gloria toties à Pictis, Scottis, Saxonibus, & Danis impetiti, donec furore Gulielmi primi regis Anglię, ob interfectã ibidem nobilium Nortomannorum custodiam, tota cõflagraret, & deserta penitus aliquãdiu iaceret. Gulielmus à Maidulphi curia hãc tam insignis vrbis cladem, ruinamq́ in prologo libri tertij, quẽ de vitis pontificum Angliæ scripsit, miserè deplorat. Hactenus in gratiã studiosorũ antiquitatis Britannicæ. Aspirent illi cœptis tã honestis quidẽ meis, & patriã luci, decori, antiquitati, denique & gloriæ suę, siuequis locorum situm, seu potius facta memorabilia cognoscere cupiat, Deo Opt. Max. institutum fortunante, propediẽ restituã.

Typographi errata sic corriges, candidissime lector.

In accẽtibus, & incisionum notulis, aut omnino omissis, aut parum rectè appositis, utere tuo iudicio. Idem etiam facito in literis inuersis. In quaternione. a. facie prima, scribe æditus per diphthongum, quia ueteres Ro. inscriptiones sic admonent, contra uocabuli originem. In. b. tertio, facie secunda, uersu autem quarto, lege ualens. In. c. tertio, facie prima, linea 14. lege puellum. Ibidem linea. 17. lege ualles. Ibidẽ linea. 19. lege montana. In e. 2. facie. 1. linea. 3. lege rectius, in libello. Ibidem facie. 2. linea. 5. lege Polydorus, aliter, sed parum rectè, de commigratione sentiẽs. In. e. 3. facie. 1. linea. 21. lege grassatus. In. f. 2. facie prima, linea. 29. lege Reodualdo. In. f. 3. facie. 2. linea. 12. lege occupata. Ibidem linea. 31. lege cãdidius. In. g. 4. facie prima linea. 21. lege, extrita de prępositione, & fama excellentem.

LONDINI
Apud Reynerum Vuolfium, in cœmiterio Paulino, ad æneum serpentem.
1543.

Pindarus.

Ἐστὶ δὲ φῦλον ἐν ἀν-
θρώποισι ματαιότατον,
ὅστις αἰσχύνων ἐπιχώ-
ρια παπταίνει τὰ πόρρω.

Becapū
Esule,
fa. 96.

CHARI

TAS.